



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 12. Lutheri Responsum ad Comitiorum Deputatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sacul. XVI.** mani in pia fide, quam a recepti Evan-  
**A.C. 1521.** gelii tempore constanter tenuerunt, quie-  
 te relinquendi sunt.

## §. XII.

*Lutheri Responsum ad Comitiorum  
Deputatos.*

**Sleid. com. l.** Principibus Lutherus gratias egit pro  
 4.p. 69. & 70. tam clementi exhortatione; ad rem  
 ipsam quod spectat, talia respondit: non omnia Concilia reprehendi, sed Constantiense tantum, & quidem ob rationes, quas Trevirensi Archiepiscopo proposui, eoquod nimirum Synodus hanc Joannis Husli propositionem damnaverit, in qua asseritur *solis Prædestinatis Ecclesiam confiare*, jam vero rejicendo hanc assertionem hujus Synodi Patres simul damnarunt articulum fidei, quo *Sanctam Ecclesiam Catholicam* nos credere profitemur, cum tamen ista doctrina in sacris literis disertis verbis tradatur, atque ab illa firmiter credenda veri Christiani nec propter supplicia, nec ipsam quoque mortem excusentur; ego vero potius omnia perpeti, ac sanctum Dei verbum retractare paratus sum. Mea vero doctrina ne motus excitaret, impedire non potui: cum Christus in signum positus sit, cui contradicetur & in multorum ruinam; non ignoro, quod Magi-

Magistratui sit obtemperandum, nec de- Sæcul. XVI.  
A.C. 1521.  
 ceat inniti prudentiæ suæ, & conce-  
 ptis opinionibus adhærescere, interim  
 tamen ipsem legi in S. Paginis, Deo  
 magis quam hominibus obtemperan-  
 dum, non equidem recuso obtemperare  
 in omnibus, dummodo Verbum Dei re-  
 vocare vel abnegare non cogar. Post-  
 modum in hæc prorupit verba: „Si Ec-  
 „ clesiarum Rectores juxta Christi atque  
 „ Apostolorum præcepta suo fungeren-  
 „ tur munere haud opus esset, fidelium  
 „ conscientias duro hoc ac intolerabili  
 „ legum humanarum jugo subjecere,  
 „ haud equidem me latet, sacram Scri-  
 „ pturam velle, ut unusquisque in sen-  
 „ su suo abundet; ipsus ego id lubens  
 „ concedo, nihil tamen ex pertinacia  
 „ facere intendo, id unum peto, ut Ev-  
 „ angelium profiteri mihi liceat. „

## §. XIII.

*Conditiones Luthero ab Archiepiscopo  
propositæ.*

Ex Cardinale Pallavicino discimus, *Pallavic. l. I.*  
 Trevirensem Archiepiscopum Lu- cap. 27. n. 7.  
 therο, perspecta ejus contumacia, qua-  
 tuor proposuisse conditiones, & primo  
 quidem, *ut Pontificis simul, & Cæsaris  
judicio sese permitteret. II. Ut unius Cæ-  
saris sententia staret, quem pro certo habe-*  
bat  
 B 4